


RECITATIONVM  
IN ALMA LVDVICIANA  
TAM  
ORDINARIARVM,  
QVAM  
EXTRAORDINARIARVM  
SEMESTRI HIBERNO  
A. R. S. CICIOCCCLXXII.  
HABENDARVM  
ET  
D. XII. OCTOBRIS INCHOANDARVM  
SERIES.



GIESSAE,

litteris IO. IAC. BRAVNII acad. typogr.

ALMAE LVDOVICIANAE  
RECTOR  
D. IOH. GEORG. BECHTOLD,

PROF. THEOL. P. O.

C V M S E N A T V.

**S**umant modo *Polymathiae* irrisores insignem quemlibet & aeternitati sacrum scriptorem in manus, & omni temere contempnendi cupiditate abiecta, ad attentius legendum se contiparent, & tum, si qua iis facultas sit, indicent, unde ille sit omne argumentum ingenio complexus, qua tandem via tam doce & ornata differere didicerit, quibus ex fontibus hauserit argumentorum multitudinem, quibus admixtis tantum iis conciliauerit robur, quomodo in docendo perspicuitatem, gravitatem in persuadendo & in commouendo vim consecutus sit, quibus denique artibus tam sanum & viuidum operi suo adsciuierit colorem. Aut nos omnia fallunt, aut id non modo ingenii excellentiae sed doctrinarum quoque abundantiae plurimisque artibus atque studiis attribuendum esse fatebuntur. Etsi non omnes Vestrum, aestumq[ue]issimi Commilitones, scriptorum genti fese aggregaturos esse sciamus, neque, vt plures inter Vos scribendi cacoethē renecantur, optemus, innumeræ tamen cuiuslibet obuiac flunt occasiones publice de rebus ad scientiam suam pertinentibus declamandi aut scribendi, quae non necessariis tantum notionibus instructos, sed *Polymathia* etiam ornatos postulant. Adeatis igitur scholas, quas denuo aperimus atque pluribus praecuntibus perdiscatis, quibus vnuus non sufficit!

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER.

*Macariologiam* sacram proximis ante ferias hebdomadibus absolvit. *Theologiam* practicam ad finem perduxit, in preelectionibus Anni - Socinianis adhuc occupatus. Instanti palestræ hic malî destinavit capita theologiae dogmaticæ, de iustitia beatitudinis per defectionem Adami, & de salute per Christum. *Moralem* theogiam volentibus tradet. In exponenda *historia Soci-nismi* perget. Sectae illius autores, propagatores indicabit; scripta a doctoribus christianis huic pesti opposita, & denique modum compescendi hos furores aptissimum, suggeret. Alia poscentibus, satisfacere studebit.

D. JOHANNES GEORGIVS BECHTOLD

Publice apologiam A. C. praeleget, quae ab articulo de confessione & satisfactione fidei capitula potiora supersunt, perperuis suis dissertationibus illustraturus. Priuatum theogiam dogmaticum tradet, addet theologiae moralis partem specialem, quae agit de officiis Christianorum, absolute nimisdem parte generali. Cui statim subiunget theol. pastoralem, praecente b. Deylingio. Qui labores omnes, vt eo fructuosiores evadant, quae per quavis hebdomadem mentibus animisque auditorum fuerint inculcata, singulis diebus Saturni, si ita visum fuerit commilitonibus, examinando repetet. Diligentiac suae specimen-disputationibus publicis aut privatis daturis, suam quoque ex animo operam offert, ad lectiones itidem catecheticas paratus.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER

Hora XI - XII. *Theologiam* dogmaticam ad dictum Danovii tradet. Horis suo tempore indicandis pericopas euangelicas explicabit, & homiletico-practicum addet.

D. CAROLVS FRIDERICVS BAHRDT

Horis pomeridianis II - III. collegium examinatorium offert duce Danovio; III - IV. lectio-nes cursorias in *Nouum testamentum*, nec non IV - V. easdem in *Psalmos* continuabit. Diebus Mercurii & Saturni horis antemeridianis X - XI. scholas homiletico-practicas, quibus hactenus felici successu litterarum studiosis profuit, porro aperiet, XI - XII. grammaticam hebream ad dictum compendii sui exponet, quo facto, ad exercitationes analyticas perget. Horis vero pomeridianis exercitationes, *disputationes* & *catecheticas*, instituet, nec, aditum ad linguas arabicam, syriacam atque chaldaicam, potentibus, operam suam denegabit. *Histo-riam* denique ecclesiasticam recentiorem, cuius notitia ad liberaliem eruditionem Theologicam stabilendam vix carere possunt ingenii sacrarum litterarum cultores, rogaturis offert.

ACROASES IVRIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Academiae Procancellarius.

Pandectas hor. IX - X & XI - XII. *Jus canonicum* hor. X - XI. *Jus criminale* hor. II - III. docebit. Doctrinam successionis ab intestato separatis horis proponet, atque iis, qui primaris disputationibus vires atque profectus acuere volunt, operam suam non denegabit.



## D. CHRISTIAN. HARTMANN. SAMVEL GATZERT.

Hor. X - XI. *Ius Germanicum* ad *Selchonium* tradet. Hor. XI - XII. *Collegium in Pacem Westphalicam* offert. Hor. III - IV. *Processus theoriam* docebit, subiunctis hor. IV - V. scholis practicis elaboratoriis; Caeterum paratus etiam ad *Ius feudale* denio hora communoda explicandum.

## D. LUDOVICVS IVLIUS FRIDERICVS HOEPFNER.

Publice, ad acendum iudicium & firmandam memoriam offerentium, instituet examina ex institutionibus & pandectis hora VIII - IX. Priuatim hora XI - XII. elementa iuris ciuilis romani Iustinianei ex HEINECCI libello; hora II - III. historiam legum, quae per Germaniam vigent ad filium SELCHOVII & hora III - IV. historiam literariam iuris, NETTELBLADT, ducente, propoiet;

## HELVICVS BERNHARDVS IAVP,

Praelectiones iuris publici & historiae imperii denuo inchoabit, more, quem proximo febristri securus est, iterum seruato, & illis quidem hora matutina VIII - IX., his vero hora III - IV. p. m. destinata, *Processus summorum imperii tribunalium* regulas trader. hor. I - II. quaternis per hebdomadē diebus. Binis diebus reliquis publice STRUBBI commentarium de visitatione camerae imperialis germanico idiomate conscriptam perpetuo commentario illustrabit. Si qui sint, qui lectiones cursorias in art. quintum & septimum instr. pacis Osna-brug. vel in capitulationem caesari nouissimam haberi exoptent, eorum desideriis lumbens satisfaciet.

## INSTYTUTIONES MEDICAES

### D. IOAN. WILHELMVS BAVMER

*Medic. Prof. Primari.*

Hora X. antemerid. Chymiam practicam, ad sua praeculta, & hor. XI. doctrinas pathologico-therapeuticas de febribus, praecante b. m. Dn. Prof. I. Z. Platner, in arte medendi singulis morbis accommodata, quater de hebdomade trader, illasque casibus clinice illustrabit. Die Mercurii easdem horas lectionibus medico-philologicis, in A. C. Celsi Librum quintum sextumque de medicina instituendis, impender. Dierum Mercurii atque Saturni horas pomeridianas processibus chymicis tribuentur.

### D. GEORGIVS LUDOVICVS ALEFELD

Tempus hibernum laboribus imprimis anatomicas destinabit, horasque matutinis a X. ad XII. non solum methodum, qua cadavera artificiose incidenda sunt, monstrabit, sed & auditoribus suis occasionem dabit, sese in dissecandis defunctorum corporibus exercendi. Hora III. pom. singularum corporis humani partium structuram in theatro anatomico demonstrabit, ibidemque praecipuas operationes chirurgicas in cadaveribus instituet. Horis ab hisce laboribus vacuis Osteologiam atque pathologiam docebit, ad alia quoque, quae desiderabuntur, paratissimus.

### FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHESER,

*Med. Prof. Ord.*

Hor. IX - X. Elementa Pharmaciae, substrata Pharmacopœa Edinburgensi, tradet. Hor. XI - XII. Doctrinam de aquis mineralibus medicatis explicabit.

## RECITATIONES PHILOSOPHICAE

### ERNESTVS THOM,

*Prof. moral. arque iuris nat. & gent.*

Institutiones iuris naturae & gentium Wolfii hora VIII. explahabit; doctrinam moralern I. H. Winkleri, & hac explicata, philosophiam ciuilis eiusdem hora X. illustrabit; Io. Beckmanni initia agriculturae & rei pecuariae Germanorum hora I. interpretabitur; hora denique III. disciplinas oeconomiae priuatae & publicæ Dithmari exponet.

### ANDREAS BOEHM,


*Log. Met. & Matb. P. P. O. Biblioth. acad. Praef.*

Hora IV. vespertina logicam, h. V. metaphysicam, h. I. mathesini puram, tempore auditoribus commodo applicatam ut & vel *Ius Naturæ* vel *physicam* vel *architecturam ciuiilem* docebit, bibliothecam academicam diebus & horis consuetis aperiet.

### FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHESER,

*Physic. Prof. ord.*

Hor. VIII. - IX. priuatis lectionibus Historiam naturalem regni mineralis exponet. Publice hor. X. - XI. bis de hebdomade Aerologia vel aliam Physicæ partem illustrabit.



## IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*LL. Or. Graec. & Antiqu. P. P. O.*

PUBLICE historiam literaturae graecae ex Compendio meo: *Bibliothek der griechischen Literatur* enarrabo hor. VIII - IX. PRIVATIM Theologiam moralem, praeeunte S. R. LESSI hor. IX - X. Acta Apostolorum h. X - XI. Psalmorum libros duo priores, secundum novam, quam Lipsiae his mundinis imprimendam curauit, versionem h. II - III. interpretabor - - - PUBLICE iterum more solito linguam anglicanam tradam.

## CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

*Poesos & Eloqu. P. P. O. AA. LL. M. & I. V. D.*

Publice Hor IX - X. Fundamenta styli cultioris praeceuntes HEINECCIO tradet. Privatum horis Commilitonibus commodis *Quæstiones Tusculanæ*, *Artemisque Poeticam* Horatii illustrabit, *Mythologiam Graecam atque Romanam* e DAMMIO, fata Philosophiae atque Philosophorum e BRUCKERO, *Historiam artium elegantiorum*; picturae, musices &c. enarrabit, exercitaciones tandem declamandi librosque diudicandi instituet.

## ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

*Pb. & Historiar. P. P. O.*

Hora VIII - IX. Lectiones in *Ius Naturæ & Gentium* secundum Perill. *Dariesii Institutiones Lurisprudentiae uniuersalis*, semestri præterito absolutas, deno incipiet, ita ut principia huius scientiae, exemplis ex historia vndique potitis, illustrata, tam examinando quam disputando, animis inculcat. Hora IX - X. *Historiam vniuersalem* de integro ordinetur. Hora III - IV. publice viam ad *historiam litterariam* aperiet, duce Heumanno in *Conspicuum Reipublicae litterariae*. Hora IV - V. *Historiam Hassiae Laudgraviorum* totiusque Serenissimæ Hassiacæ Domus; Hora VI - VII. *Historiam Imperii Romano-Germanici*, secundam *Moscovii* manudictionem vel si auditoribus ita videbitur, *Historiam Statuum Europæ*; præcipuorumque eius regnorum notitiam suppeditabit, eorum denique studiis paratissimus, qui in Historiæ subsidium arti heraldicae, rei nummariae, vel conquirendis & explicandis diplomatis operam nauare cupiant.

## LECTIONES EXTRAORDINARIAE

### IO. CHRISTIANVS DIETZ,

*SS. Theol. Profess. Publ. extraord.*

Collegium exegeticum in divini Pauli epistolam ad Titum, quippe quae præter nucleus doctrinæ salutaris, officia præconum euangelii complectitur, duce Deo & auspice Christo aperiet, eas docendi rationes ingressurus, vt auditores ex ipsis fontibus facris hauriant caustæ Christi bene & nauiter tuendæ facultatem. Praeterea historiam litterariam Theologiae dogmatae explicabit, potiora, quae hic faciunt, capita, cum in tanta librorum grandioris formæ farragine, nihil fere compendii suppetat fundamenti loco subternendi; vel dictatus in calamum, vel litteris consignata cum auditoribus communicaturus. Gracias etiam & hebraicas lectiones, sacros nimurum hos fontes, audire fitientibus, non denegabit.

### IO. GEORGIVS GOTTLÖB SCHWARZ,

*S. S. Theol. Prof. publ. extraordinarius.*

Dogmaticam ad diutum Notitiae Salutis S. R. Benneri duabus quotidie horis docebit, quarum VIII. matutina semestri aestivo non plane absolutam absoluere, & IX. eam denuo incipiet, conatusque simul aduersariorum, *in primis Socinianorum*, vt occurrat, omnem operam daturus. Hora XI. *Hist. Eccles. N. T.* ad filum suae delineationis enarrabit. Collegio Antideistico dabit præceunte Moshemio, per septimanam aliquot horas. Reliquum tempus iterum *Hæmenuticae* sacrae, vel aliis laboribus academicis impendet.

### D. CHRISTOPHORVS LUDOVICVS NEBEL,

*Medicinae Professor publ. extraordinarius.*

Lectionibus academicis præterlapsa aestate ad colophonem perductis, per instantis hiberni semestris spatium Platneri institutiones chirurgiae rationalis bono cum Deo interpretari, rogatus etiam Philiatro Collegium priuatissimum aperire inchoabit. Pathologiam denique generalem, auditoribus, egregiae illius scientiae animo penitus imbibenda cupiditate flagrantibus, ea, qua pars est, adsiduitate tradet.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saltandi, palæstra, Gallicæ item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.